

( I. )

P. F E D E R I C O  
C O M M E N D O N O  
R E G U L . C O N G R E G . S O M A S C H Æ  
B R I X I Æ P R Æ P O S I T O



P E T R U S B A R Z A N U S

S.

**M**E promissorum immemorem fortasse putabis,  
Quod tibi pollicitus scripturum singula nostræ  
Fata vicesque viæ, calamo huc tamen usque peperci.  
At mihi si quicquam tu credis amicus amico,  
Hanc servare fidem citius, Federice, nequivi.  
Nunc, age, fervetur. Paucis cuncta ordine pando.  
Orto sole prius, sacris operatus uterque,  
Germanus frater tuus, atque ego mœnia Brenni  
Liquimus. Eiusdem occasum prævertimus, intro,  
Si mens, dum repeto, non fallit, Pergamum euntes;  
Pergamum, amicam urbem Diis, atque insignibus æque  
Doctrina & pietate viris, ut Præsule, claram.  
Qualibus officiis in me certaverit horum

A

Pars

Pars bona, prætereo; nimis esset dicere longum.  
Interea totum refero tibi jure, tuoque  
Acceptum hoc fratri, merito quos patria tellus  
Suspiciens, & amans, vestros nec spernit amicos.  
At siluisse tuæ merita in me magna sororis  
Fas nullo est pacto. Verbo tamen expediam uno;  
Indignaris enim, video, neque commodus audis  
De te, deque tuis me, quamquam vera, loquentem;  
Nil prætermisit, faceret mihi ut illa benigne.  
Quinque dies apud hanc laute læteque morati,  
Post Mediolanum, adjungente nepote tuo se  
( Indolis egregiæ juveni quam debeo & isti! )  
Cum famulo socium, spatiosam venimus urbem.  
Hic, ut jussus eram, sacro qui fulget in ostro,  
Metropolitam adeo, nostrique saluto QUIRINI  
Nomine. Mirum, animo quam hoc ille exceperit æquo,  
Et quantum simul humane se gesserit erga  
Me, fratremque tuum: namque intromittier una  
Hunc quoque curaram mecum; factumque repente.  
Dimissis ostensa statim, quæ in principe templo  
Servatur, nobis gaza est; pretiosa supellex  
( Thesaurum appellant ) divo sacra CAROLO. Ad aram,  
Hujus ubi positum sub terra est corpus in arca  
Divite, mane sequens consumsimus, altaque partim  
Immensæ errantes circum fastigia molis.  
Atque hic nobiscum, si te quoque fata dedissent  
Nostrarum, in votis quod erat, comitem esse viarum,  
Risisses, Federice, ducem, lippum atque repandum,  
Ore laborantem nobis describere balbo,  
Dum tabulata celer properat per celsa, vetustæ  
Ædis opus varium, saxorum structa, quot annos  
Piramides jactent, pretiumque immane quod harum.  
Pars reliqua ejusdem nobis dein tota diei  
Effluxit, biduumque aliud, miracula deinceps  
Hac illac, semper nova, percurrentibus urbis.

Quæ-

Quænam sint, verbum quin addam, intelligis. Ergo  
 Mecum transfiliens, quæ hic, ( annus labitur alter )  
 Tu quoque vidisti, quod fors non videris, audi.  
 Quodam mane locum Braydam, sic nomine dicunt,  
 Ducimur. Occurrit nobis atque excipit illic  
 ( Tunc reliqui Patres aberant, plerique profecti  
 Extra urbem ruri fruitum autumnalibus horis )  
 Officiosus homo atque urbanus, Pharmacopola.  
 Deducit, totamque domum sursum atque deorsum  
 Comiter ostendit, longe lateque patentem.  
 Quid plura? Et recreat potu optimo, in arte magister.  
 Ecquid adhuc miri? Expecta, bone. Spiritu an uno  
 Possum cuncta? Hominem interea frater tuus, ut fit,  
 Sorbillans simul atque loquens, rogat, unde parari  
 Nescio quis posset liber. Extulit ille repente  
 Vicina ex capsâ librum. Hinc, ut sermo ferebat,  
 Consulto a nobis inceptus tempore eodem,  
 Disputat, affirmat, negat; &, si vera fatenda,  
 Causam, pro ingenio ipse suo, non dicit inepte:  
 Cunctaque pacate, civiliter, omnia citra  
 Morsum & vulnus. Adhuc miri nil, optime? Tandem  
 Nos, adversari licet ac diversa videret  
 A se castra sequi, adjecto tamen ( hic quoque rursus,  
 Si pote, ne stupeas ) dimisit munere lætos.  
 Quid fuerit de fratre tuo caroque nepote,  
 Haud scio; ego certe tunc, tali haud dignus honore,  
 Victus & officiis, rubui. Majoris at illud,  
 Ne quid dissimulem, fuit atque est causa ruboris,  
 Pharmaca quod miscens homo tantum vinceret arte  
 Certandi recte, ac sancte. Cuncta ille modesto  
 Sermone, ut dixi: acre nihil: placide omnia. Contra,  
 Si mihi contingat tecum certare aliquando,  
 Præsertim calamo, felle hunc atroque veneno  
 Armans, bella gero ferus. Unde hoc? Tu quia mecum  
 Non sentis. Miser, ecquæ tanta superbia? Cedo,  
A 2
An,

( IV. )

An, velut ex tripode, a me sunt responsa petenda?  
Sed Mediolano discedere tempus, Amice.  
Ergo, Lanzonis grates ubi fratribus actæ  
( Rhedam hi præbuerant humaniter, atque culinam )  
Rursus equos pariter conscendimus; haud sine risu,  
Quod bene pransus ego, tardante abdomine, saltu  
Haud potuissem uno, ut socii, superare caballum:  
Novariam & petimus. Quo, tantum luce sequenti,  
Cetera ut incolumes, sic pulvere fordidi, & igne  
Perpetui solis flagrante advenimus ulti.  
Gaudentj sacras veneramur poplite flexo  
Exuvias; parva dein urbe vagamur: at illa  
Haud multum, somni cupidos, requiescere nocte  
Permisit caupona, frequens ac plena tumultu.  
Hinc, alma vix luce data, consurgimus; atque,  
Compositi, post sacra statim discedimus inde.  
Itur Varallum; via longa est: attamen istuc  
Quadrupedes firmi nos advexere, priusquam  
Humida nox fuscis telluri incumberet alis.  
Mons juxta erigitur, fama clarissimus. Illum  
Ædiculæ multæ, referentes ordine cuncta  
Christiadum genti mysteria nota, gradatim  
Distinguunt. Ascendimus, at lento pede: tanta  
Sese aperit rerum facies miranda. Tuendo  
Expleri nequeunt oculi: juvat usque morari,  
Quodque semel visum est, iterumque iterumque videre.  
At postquam, sensim scandendo, est denique ventum,  
Servatoris ubi cruciatus, diraque fata  
Ad vivum in summis prostant expressa sacellis,  
Hic lacrymæ ( æquis enim, cinctus ni robore corda,  
Temperet? ) hic imo suspiria pectore ducta:  
Tene, Dei soboles vera & sanctissima, torque  
Tantaque carnificum manibus tormenta tulisse,  
Quo me ( quid de te meritum, heu! quotiesque ) redemptum  
Æterno eriperes igni, cœloque beares?

Sic

Sic perculsi animo, culparum, quisque suarum,  
Orantes veniam, taciti descendimus, atque  
Luce sequente lacum, prærupto tramite montis  
Obliqui, necnon sinuosi, intravimus Ortæ.  
Extat, & in media colitur spectabilis unda,  
Insula, quæ Julj servat venerabile corpus,  
Necnon ejusdem Julj cognomine gaudet.  
Delati huc, facimus sacra rite, ac vota. Lacumque  
Hinc iterum ingressi, Ortam deinde intramus & ipsam.  
Occurrunt nobis, montem subeuntibus, illic  
Francisci gesta, in sparsis spectanda sacellis.  
Quæ contemplati, potuque ciboque refecti  
In viridi, herbofoque solo, descendimus inde  
Parte alia; & recta, duce nauta, Miliacinum,  
Paullum repentes, perreximus. Hic subito, quod  
Et Mediolani, non multis ante diebus,  
Passus eram, spectans simulacra argentea quædam,  
Pulcri operis mirique ea, jupiter! ac pretiosi,  
Gaudia mî pectus pertentavere, tuenti  
Cœnobii illius claustra; immortale QUIRINI,  
Egregie meriti de se, resonantia nomen.  
Præsidis hoc nostri monumentum insigne, piumque  
Miratus, mecum socios ire hortor Amenum.  
Ivimus, ardenti passim sub sole; nec isse  
Pœnituit tamen: horarum nam perculit index  
Machina; textum ingens, non enarrabile paucis  
Versibus: annorum, ajebant domini, esse opus octo.  
Borromæorum dehinc ad vos nomine dictæ,  
Insulæ, iter fuit, appulimusque ferentibus auris.  
Quæ regio, superi! quod cœlum! purior aer  
Nusquam alibi, jurem, terræ nequæ amœnius uber.  
Mala hic contextis dependent aurea ramis,  
Umbrosas, ductasque alte, simulantia vites.  
Insita quid memorem miranda? hic fœdere amico  
Diversi flores, diversaque in arbore eadem

( VI. )

Poma vigent, crescuntque. Hæc tandem, dulcis Amice,  
Si loca tu videas, te fortunata videre  
Hesperidum nemora, aut, tantum jactata vetustis  
Carminibus vatum, Alcinoi viridaria credas.  
Pransi apud illustrem, humanumque loci Dominum, indè,  
Signa, & picturas mirati, ædesque superbas,  
Solvimus; actutum transmitters mane sequenti  
Verbanas undas spatio breviorè parantes;  
Baretii que sacrum postremo invisere montem.  
Accipe nunc, quid aquas nobis sulcantibus illas  
Accidit, & ride; nam risu digna videtur  
Res. Oriente die navim conscendimus, æquo  
Cursu incedentem; sine vento: propterea uno  
Impete remorum placide, ac feliciter actam.  
Verum progressis, altumque tenentibus, aura,  
Ex improvise flans, matutina carinam  
Cogebat leviter titubare. Exclamat, & imis  
Se jam jamque nepos tuus iri existimat undis  
Submersum: pallet: tremor artus occupat. Auget  
Ipse metum famulus, porrecto corpore juxta,  
Luminibusque jacens, transit dum cymbula, clausis.  
Nos solari illum, & nautæ, nihil esse pericli,  
Jurati superos ipsi affirmare per omnes.  
Frustra est; impatiens, nihiloque minus metuens, se  
Torquet, & exponi, quanto licet ocyus, orat.  
Ventorum ignarum juvenem, minimeque secandis  
Fluctibus assuetum, miserantes denique, proram  
Illi convertunt alio, flatuque secundant.  
Sic iter emensa & diversum ac longius, at non  
Sic scapha, ut ante, tremens titubansque, allabitur oris  
Tuta. Repente nepos terram saltu occupat, inter  
Saltandumque ad aquas respectans: si me iterum, inquit,  
Accipitis, cœlum ruat. Hinc ad culmina sacri  
Montis, quem dixi, ferimur: post denique Comum.  
Dulce hic colloquium nobis cum Præsule docto,

Qui

( VII. )

Qui sacras illic late moderatur habenas,  
Contigit. Is veterem totum, ut deprendimus, ignem  
In viridi servat, scribensve loquensve, fenestra.  
Comiter excepti, dignati & munere, grates  
Præfuli opis nostræ simul ac persolvimus, ipsam,  
Inclinante die, mora nulla, reliquimus urbem.  
Et jam Somascham, princeps quæ caussa mearum,  
Ut tibi compertum est, fuerat, Federice, viarum,  
Tenditur. Imus equis properantibus. Attamen illuc,  
Propterea quod iter nox divisisse coegit,  
Sole novo tantum pervenimus: Æmiliani  
Salvete ossa patris, cineres salvete beati.  
Vos ego præcipuo cultu, dum vita manebit,  
Semper honoratos ( de me hoc meruistis ) habebo.  
Hæc ubi persolvi, super aptum membra grabatum,  
Fessa & quassa, diu per saxa, per ardua vectus,  
Sternor, ab hospitibus venia sociisque petita.  
Surgo post horæ quadrantem: visimus una,  
Quod visu dignum locus ac venerabile servat:  
Prandetur: variis demum sermonibus ultro,  
Necnon citro habitis, pasti potique decenter,  
Somno indulgemus. Reduces nos Pergamum eodem  
Mens erat ire die, at veniam Æmiliarius istam,  
Hospitii præses, concedere noluit. Ergo,  
Dilato reditu, lux nos huc postera tantum  
Attulit: unde tibi scripta hæc sunt, dulcis Amice.

Bergomi prid. Cal. Octobris anno 1752-

T R A-

TRADUZIONE  
DEL SIG. GIUSEPPE COLPANI.

**M**E forse crederai delle promesse  
Dimentico , perciocchè avendo io dato  
Di scriverti parola , ad uno ad uno  
Contando i casi della nostra via ,  
Non ho ancor man però messo alla penna .  
Ma s'io da te , che siamo amici , punto  
Di fede merto , Federigo , prima  
Servar non le potei . Servinfi or , via .  
Eccomi il tutto a ricontarti brieve ,  
Secondochè di mano in mano avvenne .  
Anzi al levar del sol , detta amendue  
La Messa , il tuo german fratello , ed io  
Di Brenno dalle mura ne partimmo :  
E del medesimo anzi al cadere , in Bergamo ,  
Se la memoria non m'inganna , entrammo ;  
In Bergamo , Cittade a' Numi amica ,  
E per Prelato , e per persone insigni  
In dottrina e in pietate illustre e cbiara .  
Con quali cortesie fatto di queste  
Aggia ver me la maggior parte a gara ,  
Nol dico ; a dirlo egli saria gran tela .  
Da te ciò tutto , e dal tuo frate intanto  
Ben riconosco , cui la patria terra  
Meritamente ed ammirando e amando ,  
I vostri pure amici non isprezza .  
Ma i gran merti ver me di tua Sorella  
Tacer non lice a niun patto . In un motto

Però



Però diròlli ; mercechè ti sdegni ,  
Il veggio , e me a parlar di te , e de' tuoi ,  
Perchè il ver dica , tuo mal grado ascolti :  
Tutt' ella intese a farmi cortesia .

Cinque di fummo appo costei tenuti  
Allegramente , ed alla paperina .  
A Milan poscia , ampia Città , col servo  
Fattonefi compagno il tuo Nipote  
( E quanto a questo pur d' indole egregia  
Nobil giovane deggio? ) andiam . Qui tosto  
Dal Metropolitan , che di sacr' ostro  
Adorno splende , come imposto m' era ,  
Vo , e del nostro QUIRINI lo saluto  
A nome . Oh come quegli di buon grado  
Ciò accolse , e con che dolci atti cortesi  
Me trattò , e' l tuo german , che in un con meco  
M' adoprài fusse , e fuvi tosto , amnesso .

Licenziati , immantinente mostro  
Funne il tesoro , che nel maggior Tempio  
Serbasi ; ricchi e preziosi arredi ,  
Tesor nomati , al divo Carlo sacri .  
Presso l' ara , ove in ricca urna deposto  
Giace sotterra il Corpo suo , traemmo  
La mattina vegnente , e parte errando  
Per l' alte cime dell' immensa mole .  
E qui , se stato fosse al Cielo in grado ,  
Che tu , qual disavasti , compagno  
Fussi di nostre vie , riso , Ferigo ,  
Aresti in un con noi , veggendo il cippo  
Storto duce , che in mal distinti accenti ,  
Mentre pe' tavolati alti e sublimi  
Ratto move , a descriverci s' affanna ,  
Le divers' opre del vetusto Tempio ,  
De' sassi le strutture , ed or quanti' anni  
Le Piramidi vantino , e qual sia

L'efor-

L'esorbitante prezzo d'esse. Tutto  
 Passonne il resto del medesimo giorno,  
 Ed altri duo, di mano in man le sempre  
 Nove della Cittade or quinci or quindi  
 Maraviglie scorrendo. Quali sieno,  
 A te, senza cb' io 'l dica, è manifesto.  
 Perchè quel, cb' ai tu pur ( pressochè due  
 Anni ha ) quì scorto, trapassando meco,  
 Quel non arai forse veduto, ascolta.  
 Una mattina a un luogo andiam, che Brera  
 Nomasi. Incontro ne si fa, e ci accoglie,  
 ( Lungi eran gli altri Padri, e quasi tutti  
 Fuor di Città nell' autunnal stagione  
 A passarfela in villa iti ) civile  
 E cortes' uom, lo Spezial. Ne scorge,  
 E tutto il lungo, e spazioso albergo  
 Cortesemente in ogni parte mostra.  
 Che più? Ancor con bevanda ottima, in tale  
 Arte maestro, ci restaura. Cb' avvi  
 Finor di raro? Aspetta, buon. Dir posso  
 Tutto in un fiato? Il tuo fratello intanto,  
 Bevendo, come fassi, a sorso a sorso,  
 E favellando, lo ricerca, donde  
 Potesse un libro averfi. Egli repente  
 Lo ci recò dalla vicina cassa.  
 Quindi, come il discorso, di consiglio  
 Incominciato nel medesimo tempo  
 Da noi, chiede, disputa, afferma, niega;  
 E la causa, se il ver diciam, secondo  
 L'ingegno suo non sconciamente tratta:  
 E tutto dolce, e civilmente, tutto  
 Senza morso e ferita. Ancor di strano  
 Null' avvi, ottimo amico? Alfin quantunque  
 Noi diverse da lui contrarie parti  
 Seguir vedesse, tuttavia ( quì pure

Non

Non far , se puoi , le meraviglie ) aggiunto  
Un dono , via mandonne ilari e lieti.  
Cosa del tuo fratello , e del diletto  
Nipote stato sia , non sollo ; io certo  
Di tale allora onor indegno , e vinto  
Da cortesie tali , arrossai . Ma quello  
Fu , se dissimular punto non deggio ,  
E m'è motivo di maggior rossore ,  
Che un uom , che mesce farmaci , di tanto  
Nell' arte di combatter con rettezza  
E senza biasmo , vincitor si fosse .  
Tutto egli , come dissi , con modeste  
Parole ; nulla con livore od astio :  
Placidamente tutto . Ma all' incontro ,  
Se io teco a giostrar vengo talvolta ,  
Ed in particolar con penna , d' atro  
Veneno e fiele armandola , fo guerra  
Crudel . Perchè ? Perchè dal mio diverso  
E il tuo parer . Misero , e perchè tanta  
Superbia ? Dimmi , qual dal treppiè , forse  
Le risposte da me chieder si denno ?  
Ma da Milan omai partiamo , Amico .  
Grado dunque saputone ai fratelli  
Lanzon , siccome que' , che il cocchio e' l cibo  
Cortesemente dierci , insiem di nuovo  
A cavallo montiam ; non senza riso ,  
Perchè con un sol salto , io , che pranzando  
Carca avea di soverchio la balestra ,  
Sul palafren , siccome i miei compagni ,  
Salir potuto non avessi . Quinci  
A Novara moviam ; ove il vegnente  
Giorno soltanto , tuttochè per altra  
E sani e salvi , sì di polve aspersi ,  
E del perpetuo sol da' rai ferventi  
Arsi giugnemmo . Di Gaudenzio a chine

Ginoc-

( XII. )

*Ginocchia veneriam le sacre spoglie ;  
Appresso per la picciola Cittade  
Vagando. Quella notte , abbenchè al sonno  
C' invitassero gli occhi , la taverna ,  
Piena zeppa di gente e di tumulto ,  
Molto posar non ci permise . Appena  
Spuntata l' alma luce , ci leviamo ;  
E tosto rassettati , e celebrata  
La Messa , indi partiam ; Vassi a Varallo .  
Lunga è la via : ma gli destrier valenti  
Là portarci , anzi che l' umida notte  
Le brune sulla terra ali stendesse .  
Alto accanto , e per fama inclito monte  
V' ha : parecchie Capelle , in ordin tutti  
I mister noti alle Cristiane genti  
Rappresentanti , lui di grado in grado  
Distinguono . Poggiam , ma a lenti passi :  
Tante cose ammirande , e tanti oggetti  
Lo sguardo nostro incontra . Non si fanno  
Saziar gli occhi in veggendo . Attenti e fisi  
Ivi star lunga pezza , e quel , che fue  
Una fiata visto , e quattro e sei  
Riveder giova . Ma poichè , poggiando  
A poco a poco , alla perfine in parte ,  
U' di Cristo gli strazi , e i fier destini  
Son nell' alte Capelle al vivo espressi ,  
Vennesi , què le lagrime fur sparte  
( E chi , se non cinto d' alpestra selce  
Il petto , lor por fren poria ? ) què tratti  
Fin dall' imo del cuor furo i sospiri :  
Che Tu , vera di Dio Prole santissima ,  
De' carnefici rei per mano e tanti ,  
E così acerbi scempi abbi sofferto ,  
Per me ( che quante , lasso , e quante volte ,  
Pene da Te non meritai ! ) redento*

Torre

X XIII. X

Torre all' eterne fiamme , e in Ciel beare ?  
Sì turbati nell' animo , ciascuno  
Mercè chiedendo delle proprie colpe ,  
Taciturni scendemmo , e per alpestro  
Sentier d' obliquo , e sinuoso monte  
Il lago d' Orta il dì vegnente entrammo.  
Un isola , abitata in mezzo all' onde ,  
Da lungi appar , che serba il venerando  
Corpo di Giulio , e che da Lui si noma.  
Quì approdati , facciamo i sacrifici  
Devotamente , e porgiam voti . E quinci  
Rimbarcandosi , ancor in Orta entriamo.  
In poggiando sul monte , ivi le gesta  
Di Francesco , che veggonsi in angusti  
E sparsi tempi , incontro ne si fanno .  
Contemplatele , e in verde erboso suolo  
Con vino e cibo ristorati , d' altra  
Parte quindi scendiam ; e per diritta  
Via , dal nocchier scorti , salendo un poco ,  
A Miazin n' adducemmo . Quì ( cid ch' anco  
A Milan , non avea guari , m' avvenne ,  
Certi veggendo argentei simulacri ,  
Di prezioso in un , e bel lavoro )  
Nuova al cuor mi sentii nascer letizia ,  
In rimirar di quel cenobio i chiostri ,  
Che del QUIRIN , cui tanti beni ei debbe ,  
L' immortale tuttor nome risuona .  
Questo del nostro Porporato insigne  
Pio monumento scorto , i miei compagni  
Priego a venir meco ad Ameno . Andammo  
Sotto l' ardente sol , piè innanzi piede ;  
Ne d' esserovi però giti ne increbbe :  
Poichè inarcar un orivol le ciglia  
Da stupor fenne ; ampia , ed in pochi versi  
Inenarrabil macchina : esser opra

( XIV. )

*I Padroni dicean di ben ott' anni:  
In appresso ver l' Isole movemmo,  
Che Borromee s' appellano, e vi fummo  
Dall' aure spinti incontanente a proda.  
Che parte, o Dei! Che clima! aer più puro  
Non avvi, il giureria, nè più feconda  
Amena terra in verun luogo altrove.  
Quì spenzolanti da' contesti rami  
Stan gli aurei pomi, che le ombrose, e in alto  
Tirate viti rappresentan. Ch' io  
Aggio a dir mai degli ammirandi innesti?  
Diversi quì sulla medesima pianta  
Con amica unione e fiori e frutti  
Vigor anno, e germogliano. Sì fatti  
Siti tu in somma se mirassi, o dolce  
Amico, dell' Esperidi i felici  
Boschi veder t' avviseresti, o i tanto  
Chiari de' vati ne' vetusti carmi  
Orti d' Alcinoo. Appo il cortese e illustre  
Signor del luogo ove pranzato avemmo,  
E le sculte, e pint' opre, e la superba  
Magione scorto, indi sciogliam; per tosto  
Il vegnente mattin dalla più corta  
Strada l' onde varcar del maggior Lago,  
E alfin gir di Varese al sacro Monte.  
Or che n' avvenne, quelle acque in solcando  
Ascolta, e ridi; che di riso è il caso  
Degno. All' aprir dell' alba entriamo in nave,  
La qual senza alternar poggia con orza,  
Senza soffio di vento, e sol da' remi  
Spinta, placidamente iva. Ma come  
Dal lido lunge facevam per l' alto  
Vela, di vento una improvvisa buffa  
Fea lievemente dondolar la nave.  
Sclama, e già già nell' ime onde sommerso*

Di

Di gir si crede il tuo Nipote : smorto  
 Divien : ghiado le membra , e orror gli scuote .  
 Sdrajato accanto , mentre il legno passa ,  
 Co' chius' occhj , la tema il serco accresce .  
 Ne diamo a confortarlo , ed i nocchieri  
 Non esservi pericolo di forte ,  
 Per quanti v' han Numi giurando , affermangli .  
 Ma indarno ; impaziente , e nulla manco  
 Timoroso , scontorcefi , e più presto ,  
 Che possibile sia , d' esporlo priega .  
 A pietà alfin d' un giovine , de' venti  
 Ignaro , e i flutti a fendere non uso ,  
 Mossi , volser la prora ad altra parte ,  
 E i venti assecondar . Così diverso  
 Corso , e più lungo feo , ma non sì il legno ,  
 Qual pria , tremante , salvo ai lidi approda .  
 Sulla terra repente il tuo Nipote  
 Lanciasi a un salto , ed in saltando , l'acque  
 Guatando a tergo , se me ancora , disse ,  
 Cogliete , caggia il Ciel . Quindi alle cime  
 Moviam del detto Monte : a Cemo . alfine .  
 Quì trattenuti dal dotto Prelato ,  
 Ch' ivi il fren sacro d' ampio tratto stringe ,  
 Fummo in dolci colloquj . E' tutto il prisco  
 Ardore e spirto , in sua verde vecchiezza ,  
 O parli o scriva , qual scoprimmo , serba .  
 Cortesemente accolti , ed onorati  
 Con don , poichè , secondo il poter nostro  
 Glie ne seppimo grado , del Pianeta  
 Al declinare , la Città lasciammo .  
 E già a Somasca , che del mio viaggio  
 Fu , come sai , Ferigo , il primo scopo ,  
 Movefi . Di galoppo andiam . Ma solo  
 Il dì seguente , mercechè , la notte  
 Sopravvegnendo , in due volte il cammino

Di-

X XVI. X

*Divider ne fu forza , vi giugnemmo .  
 Ossa d' Emiliano , il Ciel vi salvi ,  
 Vi salvi il Cielo , o ceneri beate .  
 Voi con sommo da me culto onorate ,  
 Finchè quest' occhj aperti il sol vedranno ,  
 ( Da me il vi meritaste ) ognor sarete .  
 Tai voti sciolti , agli ospiti e compagni  
 Chiesta licenza , io per burroni e balze  
 Stagion lunga ito , le spossate membra  
 Sdrajo su acconcio letto . Dopo un quarto  
 D' ora mi levo : quanto da vederfi  
 Di degno il loco , e venerabil serba ,  
 Vedemmo insieme : desinammo : varj  
 Discorsi alfin scambievolmente fatti ,  
 Toltone una satolla , e ben bevuto ,  
 Dormiam . Tornare a Bergamo il medesimo  
 Giorno voleasi , ma 'l Padre Miari ,  
 Dell' ospizio signor , nol ci permise .  
 Il perchè differito un tal ritorno ,  
 Noi quì soltanto il dì vegnente addusse ,  
 Donde questo ti scrissi , o dolce Amico .*

VA1

1546471